

- 6. Utrum fides sit in intellectu practico.
- 7. Utrum fides sit virtus intellectualis.
- 8. Utrum fides sit virtus, & utrum sit habitus.
- 9. Utrum fides sit una virtus, & utrum sit habitus unus.
- 10. Utrum fides sit prior aliis virtutibus.

Quaestio 111.

- 1. Utrum fides per caritatem formetur.
- 2. Utrum fides informis sit virtus.
- 3. Utrum fides formata & informis differant specie.
- 4. Utrum sit donum Dei, vel habitus acquisitus.
- 5. Utrum fides informis sit in demonibus.
- 6. Utrum in haereticis maneat fides informis.
- 7. Utrum fides informis evacuetur adveniente charitate.
- 8. Utrum maneat fides informis adveniente charitate quoad actum.
- 9. Utrum fides informis possit fieri formata.

DISTINCTIONIS XXIV.

Quaestio 1.

- 1. Utrum veritas increata sit objectum fidei.
- 2. An veritas increata possit esse objectum fidei.
- 3. Utrum veritas increata sit circa verum complexum, vel epuntiabilem.
- 4. Utrum fidei possit subesse falsum.
- 5. Utrum fides possit esse, vel sit de visis.
- 6. Utrum fides possit esse de scitis.
- 7. Utrum ea de quibus est fides, sint ignota.
- 8. Utrum necessarium sit homini credere aliquid, cuius non habet scientiam.
- 9. Utrum credere his quae non videmus, sit laudabile.
- 10. Utrum ratio humana diminuat meritum fidei.

DISTINCTIONIS XXV.

Quaestio 1.

- 1. Utrum diffinitio Ricardi de Sancto Victore de articulo sit competens.
- 2. An diffinitio Isidori sit bona.
- 3. An alia diffinitio Hugonis de Sancto Victore sit bona.
- 4. Utrum articulus possit dici formatus, vel informis.
- 5. Utrum articuli debuerint colligi in symbolo.
- 6. An aliis ab Apostolis licuerit symbola condere.
- 7. Quare symbolum Apostolorum, & Nicenum dividuntur in tres partes, & symbolum Athanasii in duas.
- 8. Quare symbolum Apostolorum dicitur submissum, & alia cantantur.

- 9. Utrum articuli convenienter distinguantur in symbolo.
- 10. An in symbolo aliquid superfluum sit.
- 11. An sit aliquid ibi diminutum.
- 12. An symbolum sit sufficienter traditum, & de sufficientia eius.

Quaestio 11.

- 1. Utrum explicatio fidei sit de necessitate salutis.
- 2. Utrum quilibet teneatur habere fidem explicitam de omnibus quae ad fidem pertinent.
- 3. Utrum majores magis teneantur habere fidem explicitam quam minores.
- 4. Utrum minores habeant fidem implicitam in fide majorum.
- 5. Utrum per successionem temporum fides profecerit.
- 6. Utrum oportuit habere semper fidem explicitam de redemptore.
- 7. Utrum oportuerit semper habere fidem explicitam de his articulis quos tangit Magister in littera.
- 8. Utrum oportuerit semper habere fidem explicitam de Trinitate.

DISTINCTIONIS XXVI.

Quaestio 1.

- 1. Utrum spes sit passio.
- 2. Utrum spes sit in alia vi quam in concupiscibili.
- 3. Utrum spes differat ab aliis passionibus, scilicet timore, &c.
- 4. Utrum sit principalis passio vel amor, vel desiderium, vel audacia, vel penitentia.
- 5. Utrum possit esse in parte intellectiva.

Quaestio 11.

- 1. Utrum spes sit virtus.
- 2. Utrum sit virtus theologica.
- 3. Utrum sit virtus distincta ab aliis.
- 4. Utrum possit esse informis.
- 5. Utrum habeat certitudinem in suo actu.
- 6. Utrum in Christo fuerit spes.
- 7. Utrum Angeli, & animae bonorum habeant spem.
- 8. Utrum Patres qui fuerunt in limbo, habuerint spem.
- 9. Utrum damnati, & demones habeant spem.

DISTINCTIONIS XXVII.

Quaestio 1.

- 1. Utrum diffinitio Dionysii de amore secundum omnem partem sui sit bona.
- 2. Utrum amor sit tantum in concupiscibili.
- 3. Utrum

- 3. Utrum amor sit prima & principalior affectio animae.
- 4. Utrum cognitio sit altior amore.

Quaestio 11.

- 1. Utrum charitas sit idem quod concupiscentia, vel quid si charitas.
- 2. An sit idem quod amor.
- 3. An sit idem quod benevolentia.
- 4. An sit idem quod concordia.
- 5. Utrum charitas sit virtus.
- 6. Utrum subjectum charitatis sit ratio.
- 7. Utrum sit una virtus, sive plures.
- 8. Utrum sit distincta ab aliis virtutibus, vel sit specialis virtus.
- 9. Utrum charitas sit forma aliarum virtutum.
- 10. Utrum charitas possit esse informis.

Quaestio 111.

- 1. Utrum Deus a nobis in statu viae per essentiam suam possit amari.
- 2. Utrum Deus possit totaliter diligi.
- 3. Utrum dilectio qua Deum diligimus, habeat modum.
- 4. Utrum modus diligendi qui est in praepcepto, possit in via servari.

DISTINCTIONIS XXVIII.

Quaestio 1.

- 1. Utrum virtutes ex charitate sint diligendae.
- 2. Utrum creaturae irrationales ex charitate sint diligendae.
- 3. Utrum Angeli ex charitate sint diligendi.
- 4. Utrum ad malos homines charitatem habere debeamus.
- 5. Utrum demones ex charitate sint diligendi.
- 6. Utrum homo debet semetipsum diligere ex charitate.
- 7. Utrum corpora nostra sint ex charitate diligenda.

DISTINCTIONIS XXIX.

Quaestio 1.

- 1. Utrum charitas ordinem habeat.
- 2. Utrum ordo charitatis sit accipiendus secundum affectum vel effectum.
- 3. Utrum Deus sit diligendus supra omnia ex charitate.
- 4. Utrum in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem.
- 5. Utrum homo seipsum magis ex charitate diligat quam proximum.
- 6. Utrum homo ex charitate magis debeat diligere extraneos quam proximos.
- 7. Utrum pater sit maxime diligendus, vel filii.

- lii, vel benefactores, vel seipsum debeat diligere, vel uxorem, vel fratres, vel matrem.

- 8. Utrum convenienter distinguantur gradus charitatis.
- 9. Utrum omnes teneantur ad charitatem perfectam.
- 10. Utrum habentes charitatem teneantur ad omnia quae sunt perfectionis.

DISTINCTIONIS XXX.

Quaestio 1.

- 1. Utrum omnes teneantur diligere inimicos.
- 2. Utrum omnes teneantur ostendere signa amicitiae inimicis.
- 3. Utrum majoris meriti sit diligere amicum quam inimicum.
- 4. Utrum diligere proximum sit magis meritorium quam diligere Deum.
- 5. Utrum meritum consistat principaliter in charitate.

DISTINCTIONIS XXXI.

Quaestio 1.

- 1. Utrum habens charitatem possit eam amittere.
- 2. Utrum liber vitae sit quid creatum.
- 3. Utrum liber vitae sit proprium Filii.
- 4. Utrum sit attributum Spiritus Sancti, scilicet liber vitae.
- 6. Utrum liber vitae sit in respectu Dei.
- 6. Utrum sit in respectu omnium creaturarum.
- 7. Utrum sit de malis.
- 8. Utrum aliquid quod sit ibi, debeat dici deleri.
- 9. Utrum quaelibet charitas possit resistere cuilibet tentationi.
- 10. Utrum homo post peccatum semper in minori charitate resurgat.
- 11. Utrum resurgat in majori.
- 13. Utrum semper resurgat in aequali charitate.

Quaestio 11.

- 1. Utrum fides evacuetur in patria.
- 2. Utrum spes evacuetur in patria.
- 3. Utrum aliquid de substantia habitus fidei & spei remaneat idem numero.
- 4. Utrum charitas via evacuetur in patria.
- 5. Utrum ordo dilectionis qui modo est, fuerit in Christo, vel in Sanctis qui sunt in patria.
- 6. Utrum in Sanctis beatis sit ordo charitatis quantum ad se & proximos.
- 7. Utrum diligant plus magis bonos, & se meliores plus quam seipsum, & extraneos meliores quam propinquos minus bonos illis.
- 8. Utrum

- 8. Utrum Christus dilexerit plus Petrum quam Joannem, vel e converso.
- 9. Utrum scientia quam modo habemus, totaliter tollatur.

DISTINCTIONIS XXXII.

Quaestio I.

- 1. Utrum Deo competat creaturam amare.
- 2. Utrum Deus diligat omnem creaturam.
- 3. Utrum Deus ab aeterno dilexit creaturas.
- 4. Utrum Deus omnia aequaliter diligat.
- 5. Utrum Deus plus diligat justum praecitum quam peccatorem praedestinatum.
- 6. Utrum Deus plus diligat poenitentem quam innocentem.
- 7. Utrum Deus magis diligat hominem quam Angelum.
- 8. Utrum Deus magis diligat humanum genus quam Christum.

DISTINCTIONIS XXXIII.

Quaestio I.

- 1. Utrum omnes virtutes morales sint una virtus.
- 2. Utrum aliae virtutes morales a prudentia distinguantur.
- 3. Utrum aliae virtutes morales a tribus distinguantur quas Magister in littera ponit.
- 4. An illae tres ab invicem differant.
- 5. Utrum virtutes morales insint a natura.
- 6. Utrum virtutes morales possint acquiri actibus.
- 7. Utrum aliqua virtutes morales sint infusae.
- 8. Utrum infusae differant specie ab acquisitis.
- 9. Utrum virtutes morales consistant in medio.
- 10. Utrum in iustitia sit medium rei.
- 11. Utrum virtutes intellectuales habeant medium.
- 12. Utrum virtutes theologicae habeant medium.
- 13. Utrum virtutes morales maneat in patria.

Quaestio II.

- 1. Utrum aliqua virtutes debeant dici cardinales.
- 2. An una debeat dici cardinalis respectu alterius.
- 3. An melius dicerentur capitales quam cardinales.
- 4. An omnes virtutes dicendae sint cardinales.
- 5. Utrum morales virtutes dicendae sint cardinales.
- 6. An virtutes theologicae possint dici cardinales.
- 7. Utrum tantum quatuor sint virtutes cardinales.

- 8. An pauciores, vel plures.
- 9. Utrum potius aliae virtutes, scilicet mansuetudo, magnanimitas, humilitas, poenitentia, liberalitas, debeant dici cardinales.
- 10. Utrum prudentia habeat aliam naturam specialem.
- 11. Utrum passiones sint materia temperantiae, & fortitudinis, vel res exteriores.
- 12. Utrum iustitia sit circa operationes.
- 13. An iustitia habeat aliquam specialem materiam.
- 14. Utrum prudentia habeat actum virtutis distinctum ab aliis.
- 15. An actus quos Magister assignat in littera virtutibus, scilicet subvenire miseris, praecavere insidiis, & huiusmodi, conveniat virtutibus.
- 16. Utrum aliqua potentia animae sit subiectum alicujus virtutis.
- 17. Utrum temperantia, & fortitudo sint in irascibili, & concupiscibili.
- 18. An virtutes humanae sint tantum in ratione, vel tantum in voluntate.
- 19. An appetitiva sensibilis possit esse subiectum virtutis.
- 20. Utrum iustitia sit in irascibili, & concupiscibili.
- 21. Utrum prudentia sit in ratione, vel in voluntate.
- 22. Utrum aliae virtutes cardinales reducantur ad prudentiam, sicut ad principalem, vel causam.
- 23. An ad iustitiam possint reduci, vel fortitudinem, vel temperantiam.

Quaestio III.

- 1. An memoria praeteritorum, intelligentia praesentium, & providentia futurorum sint partes prudentiae, sicut dicit Tullius.
- 2. Utrum prudentia, cautio, circumscriptio, docilitas, sint partes prudentiae, sicut dicunt quidam.
- 3. Utrum eusebia, synefis, gnome sint partes prudentiae, sicut dicit Philosophus VI. Ethic.
- 4. Utrum eusebia, solertia, providentia, politica, economica, dialectica, thebrica, physica sint partes prudentiae, sicut dicit quidam Philosophus Graecus.
- 5. Utrum continentia, clementia, modestia sint partes temperantiae, sicut dicit Tullius.
- 6. Utrum sobrietas, & castitas sint partes temperantiae, sicut dicunt quidam.
- 7. Utrum austeritas, humilitas, continentia, simplicitas ornatus, bona ordinatio, per se sufficientia, ista septem sint partes temperantiae, sicut scribitur a quodam Philosopho Graeco.
- 8. Utrum

- 8. Utrum magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia bene assignentur a Tullio esse partes fortitudinis.
- 9. Utrum magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, firmitas sint septem partes fortitudinis, sicut dicit Macrobius.
- 10. Utrum Philosophus convenienter istos quinque modos fortitudinis adjungat in III. Ethic. secundum quod fortitudo.
- 11. Utrum eusebia, lesma, magnanimitas, perseverantia, magnificentia, andragathia sint partes fortitudinis, sicut dicit quidam Graecus.
- 12. Utrum religio, pietas, gratia, meditatio, observantia, veritas sint partes iustitiae, sicut dicit Tullius.
- 13. Utrum innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, bonitas, affectus sint partes iustitiae, sicut dicit Macrobius.
- 14. Utrum obedientia respectu superioris, disciplina respectu inferioris, aequitas respectu parium, fides, & veritas respectu omnium, sint partes iustitiae, sicut dicunt quidam.
- 15. Utrum bene dividant iustitiam in liberalitatem, & severitatem, & hanc in benignitatem, & beneficentiam. Et benignitatem in religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reverentiam, concordiam, misericordiam.
- 16. Utrum bene dividat Philosophus, Ethic. V. iustitiam in legalem, & specialem, quae est aequitas, &c.
- 17. Utrum benignitas, liberalitas, &c. sint familiares iustitiae, ut dicit Philosophus Graecus.

DISTINCTIONIS XXXIV.

Quaestio I.

- 1. Utrum dona sint virtutes.
  - 2. Utrum plura debeant esse dona quam septem.
  - 3. Utrum dona maneat in patria.
  - 4. Utrum beatitudines respondeant singulis donis.
  - 5. Utrum fructus respondeant donis.
  - 6. Utrum petitiones donis respondeant.
- Quaestio II.
- 1. Utrum distinctio timoris secundum Damascenum sit bona.
  - 2. Utrum timor bene dividatur in servilem & castum.
  - 3. Utrum timor inter dona debeat computari.
  - 4. Utrum timor servilis sit a Spiritu Sancto.
  - 5. Utrum usus timoris servilis sit bonus.

- 6. Utrum timor servilis tollatur adveniente charitate.
- 7. Utrum timor castus idem sit in substantia cum timore servili.
- 8. Utrum initialis differat secundum substantiam a casto.
- 9. Utrum timor castus diminuatur charitate crescente.
- 10. Utrum timor castus evacuetur gloria adveniente.

Quaestio III.

- 1. Utrum fortitudo quae est donum differat a fortitudine quae est virtus.
- 2. Quæritur quis est actus doni fortitudinis in via.
- 3. Quæritur quis actus insit in patria doni fortitudinis.
- 4. Utrum pietas sit donum.
- 5. Quæritur de actu pietatis in via.
- 6. Quæritur de actu eius in patria.

DISTINCTIONIS XXXV.

Quaestio I.

- 1. Utrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam.
- 2. Utrum vita contemplativa consistat tantum in actu cognitivæ.
- 3. Utrum vita contemplativa consistat in operatione rationis.
- 4. Utrum omnis actus intellectus ad vitam contemplativam pertineat.
- 5. Utrum vita activa consistat tantum in his quae ad alterum sunt.
- 6. Utrum cognitio aliquo modo ad activam pertineat.
- 7. Utrum vita activa possit esse cum contemplativa.
- 8. Utrum vita activa sit nobilior quam contemplativa.
- 9. Utrum vita activa sit majoris meriti quam contemplativa.
- 10. Utrum contemplativa sit diuturnior activa.

Quaestio II.

- 1. Utrum sapientia sit donum.
- 2. Utrum sapientia sit tantum de divinis.
- 3. Utrum sapientia sit in intellectu.
- 4. Utrum intellectus sit donum.
- 5. Utrum intellectus donum habeat aliquem actum in via.
- 6. Utrum intellectus donum a sapientiae differat dono.
- 7. Utrum donum scientiae sit tantum de humanis, vel de divinis.
- 8. Utrum sit tantum practica scientia, vel speculativa.
- 9. Utrum

- 9. Utrum in scientia humanorum sit aliquid curiositatis noxia.
- 10. Utrum consilium sit donum.
- 11. Utrum consilii donum differat a dono scientia.
- 12. Utrum actus consilii sit in patria.

DISTINCTIONIS XXXVI.

Quaestio 1.

- 1. Utrum virtutes politicae sint connexae.
- 2. Utrum virtutes gratuitae sint connexae.
- 3. Utrum dona sint connexa.
- 4. Utrum virtutes sint aequales.
- 5. Utrum vitia sint connexa.
- 6. Utrum modus charitatis sit in patria.

DISTINCTIONIS XXXVII.

Quaestio 1.

- 1. Utrum necessarium fuerit legem scriptam tradi, & maxime decem praecipita.
- 2. Utrum praecipita decalogi convenienter assignentur.
- 3. Utrum debeant decem legis esse praecipita.
- 4. Utrum praecipita bene ordinentur.
- 5. Utrum omnia legis praecipita ad illa decem decalogi reducantur.
- 6. Utrum praecipita decalogi sint dispensabilia.
- 7. Utrum conveniens fuerit sabbati observationem praecipere.
- 8. Utrum praecipitum de sabbato observando fuit morale.
- 9. Utrum illud praecipitum de sabbato debuit cessare tempore gratiae.
- 10. Utrum ufuras accipere sit peccatum.

DISTINCTIONIS XXXVIII.

Quaestio 1.

- 1. Utrum definitio data in littera de mendacio sit conveniens.
- 2. Utrum divisio mendacii in littera sit conveniens.

FINIS.

- 3. Utrum omne mendacium sit peccatum.
- 4. Utrum omne mendacium sit peccatum mortale.
- 5. Utrum gradus mendaciorum convenienter assignentur in littera.

DISTINCTIONIS XXXIX.

Quaestio 1.

- 1. Utrum jurare sit idem quod Deum testem invocare.
- 2. Utrum iuramentum sit per se appetendum.
- 3. Utrum licitum sit jurare.
- 4. Utrum illi tres comites qui ponuntur in littera, exigantur ad iurationem.
- 5. Utrum iuramentum incautum sit obligatorium.
- 6. Utrum iuramentum coactum sit obligatorium.
- 7. Utrum iuramentum obliget secundum intentionem recipientis.
- 8. Utrum perjurium sit mendacium iuramento firmatum.
- 9. Utrum omne perjurium sit peccatum mortale.
- 10. Utrum liceat iuramentum recipere, & exigere.

DISTINCTIONIS XL.

Quaestio 1.

- 1. Utrum mœchia & furtum convenienter inter praecipita decalogi assignentur.
- 2. Utrum lex Moyfi manum & animum cohibuit.
- 3. Utrum lex verus justificaret.
- 4. An lex verus occideret.
- 5. Utrum lex verus temporalia tantum, vel aeterna promittat.
- 6. Utrum lex verus differat a nova secundum radicem.
- 7. Utrum lex verus sit magis onerosa quam nova.

SCRIPTUM

S. THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

IN TERTIUM LIBRUM SENTENTIARUM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

PROLOGUS S. THOMAE.

Ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant. Eccl. 1. 7.



X verbis istis duo possumus accipere, in quibus huius tertii Libri materia comprehenditur, scilicet divinae Incarnationis mysterium, & eius copiosum fructum. Mysterium incarnationis insinuat in fluminum reversione, cum dicitur: *Ad locum unde exeunt flumina, revertuntur.* Sed incarnationis fructus ostenditur in iterato fluxu, cum dicitur: *Ut iterum fluant.* Flumina ista sunt naturales bonitates quas Deus creaturis infuit, ut esse, vivere, intelligere, & huiusmodi: de quibus fluminibus potest intelligi quod dicitur *Isaia XLII. 18.* „ *Aperiam (1) in supremis montium flumina.* „ Montes enim supremi sunt nobilissimae creaturae, in quibus praedicta flumina aperiuntur: quia in eis & copiosissime recipiuntur, & sine imperfectione ostenduntur. Sed locus unde ista flumina exeunt, est ipse Deus, de quo potest intelligi quod dicitur *Isa. XXXIII. 21.* „ *Locus fluviorum rivi latissimi, & patentes;* „ ac si diceret: *In loco ortus fluviorum rivi naturalium bonitatum eminenter inveniuntur: unde dicitur „ Latissimi,* „ quantum ad perfectionem divinae bonitatis, secundum omnia attributa: & „ patentes, „ quantum ad communicationem (2) indeficientem: quia ejus bonitas, ex qua omnia fluunt, nec exhauriri, nec concludi potest. Ista flumina in aliis creaturis inveniuntur distincta, sed in homine inveniuntur quodammodo aggregata: homo enim est quasi ortus, & confinium spiritualis, & corporalis naturae, ut quasi medium inter utrasque, bonitates participet & corporales, & spirituales: unde & omnis creatura nomine homo intelligitur *Marci. ult. ubi dicitur „ Praedicate Evangelium omni creaturae:* „ ut *Beatus Gregorius (hom. xx. in Evang.)* exponit: & ideo quando humana natura per incarnationis mysterium Deo conjuncta est, omnia flumina naturalium bonitatum ad suum principium reflexa redierunt, ut possit dici quod legitur *Josue. IV. 17.* „ *Reversae sunt aquae in alveum suum,* & fluebant sicut ante consueverant: „ unde & hic sequitur: *Ut iterum fluant:* in quo notatur incarnationis fructus: ipse enim Deus, qui naturalia bona influxerat, reversis quodammodo omnibus per assumptionem humanae naturae in ipsum, non jam Deus tantummodo, sed Deus & homo, hominibus fluentia gratiarum abundanter influxit: quia „ de plenitudine ejus omnes accepimus, gratiam pro gratia: „ *Joan. I. 16.* *Et de isto influxu legitur Eccl. XXXI. 27.* „ *Benedictio illius quasi fluvius inundabit,* „ Et sic patet materia tertii Libri: in cujus prima parte agitur de incarnatione, in secunda de virtutibus, & donis nobis per Christum collatis.

LIBER TERTIUS SENTENTIARUM.

DISTINCTIO I.

(3) *Propter quid, & quo fine Filius Dei carnem assumpsit.*  
**CUM** (4) venit igitur plenitudo temporis (ut ait *Apostolus Galat. IV. 4.*) misit Deus Filium suum factum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut in adoptionem filiorum Dei reciperemur. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiae, quod ab adventu Salvatoris sumptis exordium. Hoc est tempus miserendi, & annus benignitatis; in quo „ gratia, & veritas per Jesum Christum facta est. „ (*Joan. I. 17.*) Gratia, quia per charitatem impletur quod in lege praecipiebatur. Veritas, *In III. Sent. Tom. III.*  
 (1) *Vulgata:* in supinis collibus. (2) *Al. insufficientem.* (3) *Hunc titulum ex Nicolao apertus: exempla vetera habent:* Quare filius carnem assumpsit, non Patet, vel Spiritus Sanctus: quod infra repetitur. *In textu vero Magistri, qui ad manum est, nullus habetur.* (4) *Vulgata:* At ubi venit plenitudo &c. & mox ex muliere, & iterum ut adoptionem filiorum reciperemur.